Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



purus innocens deum fideliter colens ·
℣. Verax mansuetus et prudens ab omni opere
malo abstinens · ab infamia ·
Verumtamen omnium qui eo ibidem tempore passi sunt primus et dux quidam et signifer erat Blasius episcopus · Hic antequam episcopus factus esset medicine artis peritissimus fuit. Ds omnipotens · qui de piscatoribus apostolos et de medico euangelistam fecit · etiam hunc de corporum medicina · ad animarum curam transferre dignatus est. ℟. Cum decreuisset dominus dilecto suo palmam martyrii uenatoribus principi intimatus capi et ad urbem ductus est uinctus trahi.
℣. Videns autem eos sanctus dei Blasius · gaudio gauisus est · uenatoribus ·
Siquidem omnes qui in sebastia erant tam clerus quam ipse · uite et sanctitate et morum modestia delectam · unanimi consensu et uoto concordi eum eidem ciuitatis episcopum elegerunt. Factus autem episcopus · se summum sacerdotium meruisse et meruisse excellentia et doctrine gratia · et miraculorum signis declarauit. ℟. In hac quidem nocte tertio michi inquit Blasius apparuit dominus dicens surge offer · michi hostias salutares ut soles et nunc filioli eamus. ℣. Cum ergo perageret paganorum paruulos fide imbuens baptizabat et nunc filioli. Verum quia grauis persecutio immanebat iuxta diuinum precepti uel exemplum pse
cuncte rabiem declinans · in montem de concilio qui argeus uocatur secessit. Ibi tempestate agricolarum eum de prouincie presidem erat · immanis ferorum et crudelis · et sedium nomen sibi agrestis · atque christianis omnino infestus · Is autem muneribus die qua munera militaribus dantur et honores tribuuntur · ad spectaculum uulgi feras congregari iussit.
℟. Munere plures plures paganorum conuertuntur ad dominum · qui multos infirmos illi offerebant quibus manus imponens sanos omnes absoluebat · non solum hominibus sed etiam diuersi generis animalibus quippiam doloris in gutture habentibus · ℣. Ibi impletum est qd psalmista protestatur · dicens homines et iumenta saluabis domine. Non solum. Ps. Hoc
℟. Illis diebus presidente agricolao tyranno precepit suis in siluam uenatum ire qui concito cursu egressi tendebant admontem ubi sanctus Blasius illis inseruis morabatur. ℟. Videntes autem speluncam et multitudinem bestiarum coram eo astantium consternati et nimio pauore perculsi propius accedunt speleum inspicunt sanctum orantem offendunt.
℟. Ocreuersi nunciarunt que uiderant presidi qui magno stomacho furore plurimis cum illis sine mora missis militibus mandando edixit ut citissime perderent et quoscunque illic christianos inuenirent sibi eos presentarent. ℟. Inter quos aries gre